



& uenerunt filios suos absq. liberis eos faciam
 in hominibus. sed uacuis cum recessero ab eis.
 ephraim ut uidit. struxerat fundata in pul-
 chritudine. ephraim educit ad interfectores
 filios suos. Lxx. Ephraim quasi auer-
 auolauit. gloria eorum impartu. & impartu
 rationibus. & conceptu. quae tam si uenerit
 runt filios suos. sine filiis erunt in hominibus.
 quia & uae eis est caromea ex eis ephraim sicut
 uidi in captione prebuit filios suos. & ephraim
 ut educeret ad interfectionem filios suos.
Multum in hoc loco inter se discordant inter-
 pretes. In eo enim loco in quoniam diximus.
 uae eis cum recessero ab eis. Lxx. & theodotio
 transtulerunt. uae eis caro mea. Ex eis quae
 rent quae causa. cur sit tanta uarietas. hanc
 mihi uidetur repperisse. Caromea. lingua
 hebraea dicitur. basari. Rursum si dicamus
 recessio mea siue declinatio mea. dicitur. ba-
 sari. Lxx. igitur & theodotio pro eo quod est
 recessio mea & declinatio mea. uerterunt
 caromea. Rursum ubi nos posuimus. ephra-
 im ut uidit tyris erat. Lxx. interpretati sunt
 ephraim. id est uenationem. siue capturam.
 aquila & symmachus. & theodotio petram
 durissimam. id est silicem. quae lingua hebra-
 ica appellatur. sur. Quod si legamus. for-
 tyris dicitur. putantes autem lxx. interpres ob
 literarum similitudinem. rer. & daleth non esse
 rer. sed daleth legerunt. sud. id est uenatio-
 nem siue capturam. Unde & beth saida do-

40
 mus dicitur uenatorum. Diuersitatem inter-
 presum diximus. reuertamur ad sensum.
 Ephraim id est decem tribus quasi auer-
 uolauit in captiuitate & de suo recessit loco. auem
 autem appellauit. ut uelocem in babilonem
 transtulit demonstrare. si autem legerimus.
 quasi auer-
 auolauit gloria eorum. hoc dicitur
 quod dicitur ab eis recesserit & auolauerit auxi-
 lium. Quod sequitur a partu & ab utero.
 & a conceptu. dupliciter intellegi potest. ut
 gloria quae euolauit ab ephraim etiam a partu
 & ab utero. & a conceptu eorum recedat.
 hoc est deserat filios eorum & posterior de-
 linquat. Aut certe dicitur. omne glori-
 am habuit in multitudine. & in eo tenauiorem
 arbitratur est iuda frater suo. quia ipse de-
 cem tribubus ille duabus praefuit. unde
 dicitur loquitur. quod etiam si uenerit erunt filios
 & liberorum multitudinem congregarunt.
 tradentur neci. & tunc eis uerum incumbat
 uae cum ab eis recesserit dicitur. & consequenter
 exponit. qualis quondam fuerit ephraim
 qui nunc deseruit est. Tam pulcher inquit
 erat. & sic dicitur uallabatur auxilio. ut tyris
 mari emgitur. uel certe scopulus durissi-
 mus. qui fixus in terra. omnes contemnit
 procellas. & de turribus bestiasque non
 curat. Ipse autem id est ephraim siue tyris
 quae erat fundata in maris plenitudine.
 educit ad captiuitatem filios suos. Multi
 hoc capitulum ad azahelis tempora referunt.